

autem discite quoniam, etsi abjecti fuerimus cum studio accedentes ad Deum; per nos ipsos, assequemur quod petimus.

Sequitur: *Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis.* Hieronymus (super *Stetit Jesus*). Ideo autem stetit Jesus, quia cæci quo pergerent ignabant. Multa fore erant in Hierico, multæ rupes, & prærupta in profundum vergentia; idcirco Dominus staret, ut venire possint. *Origenes*, tract. 13. Vel Jesus non pertransiit, sed stetit, ut stante eo, non transiit beneficium, sed quasi de fonte stante misericordia defluit usque ad eos. *Hieronymus*, ubi supra. Vocari autem iubet, ne turbæ prohiberent, & interrogat quid velint, ut ex responsione eorum, manifesta debilitas appareat, & virtus ex remedio cognoscatur. *Chrysostomus* super *Matth.* (hom. 36. in oper. imperf.) Vel interrogat propter fidem, ut dum cæci Christum Filium Dei confitentur, confundantur videntes qui eum tantum hominem putant. Dominum quidem Christum vocaverant, & verum dixerant; sed dicentes filium David, dissipabant quod bene confessi sunt: nam abusive & homines domini dicuntur; vere autem nemo dominus, nisi Deus. Cum ergo dicunt: *Domine fili David*, abusive Christum secundum hominem honorant; si autem solummodo Dominum dicerent, deitatem confiterentur: ideo interrogat: *Quid vultis?* Tunc illi jam non dixerunt, *Domine fili David*; sed tantum *Domine*: sequitur enim: *Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri.* Filius enim David cæcos illuminare non potest, Filius Dei potest. Quamdiu ergo dixerunt: *Domine fili David*, suspensa est sanitas; mox autem ut dixerunt, *Domine*, insula est sanitas: sequitur enim: *Miseratus autem eorum Jesus tetigit oculos eorum; & conspexit viderunt.* Tetigit autem ut homo carnaliter, sanavit ut Deus. *Hieronymus* (super *Miseratus eorum*). Præstat enim artifex quod natura non dederat, aut certe quod debilitas tulerat, misericordia donat. *Chrysostomus* in hom. 67. Hi autem sicut ante (1) donationem fuerunt perseverantes, ita & post donationem non fuerunt ingrati. *Chrysostomus* super *Matth.* (hom. 36. in oper. imperf.) Bonum enim manus obtulerunt Christo sanati: sequitur enim: *Et facti sunt eum.* Hoc enim Deus à te requirit secundum Prophetam, solitum te ambulare eum Domino Deo tuo. *Hieronymus* (in fine Comm. in cap. 20.) Qui ergo

(1) Al. dationem. (2) Al. nec clamare. (3) Al. Jesu. (4) Al. voluntate.
(5) Al. audiens Jesus quia pulsanti aperietur.
EX EDIT. P. NICOL. (a) *Augustinus* de Quæst. Evang. lib. 1. cap. 20. Ejus nomine prætermissio prius cum Hieronymi verbis confundebantur sequentia, quasi ex illo essent; qui ad utrumque illud populum duos cæcos referri notat, sed aliter.

in Hierico contracti sedebant, (2) & clamare tantum noverant, postea sequuntur Jesum non tam pedibus quam virtutibus. *Rabbanius*. Hierico autem, quæ interpretatur luna, defectum nostræ mutabilitatis significat. *Origenes*, tract. 13. Mystice autem Hierico intelligitur mundus, in quem Christus descendit. Qui autem sunt in Hierico, exire nesciunt de sapientia mundi, nisi viderint non solum Jesum exeuntem de Hierico, sed etiam discipulos ejus. Hæc ergo videntes, secuta sunt eum turbæ multæ, mundum, & mundana omnia contemnetes, ut Christo duce ascendant in Hierusalem caelestem. Duos cæcos possumus dicere Judam, & Israel, qui ante Christi adventum cæci fuerunt, quia non videbant verbum verum, quod erat in lege, & Prophetis; tamen sedentes secus viam Legis, & Prophetarum, & secundum carnem tantum intelligentes, clamabant tantum ad eum qui factus est ex semine David secundum carnem. *Hieronymus* (super *Et egredientibus illis*). Vel duos cæcos plerique phariseos, & adductos intelligunt. (a) Vel aliter. *Duo cæci sedentes juxta viam* significant de utroque populo quosdam qui coherentes, per fidem dispensationi temporali secundum quam Christus vivit, & desiderantes illuminari; id est, aliquid de Verbi æternitate intelligere: quod transiente (3) Domino impetrare cupiebant, id est per meritum fidei, qua creditur Filius Dei, & natus homo, & passus propter nos: per hanc enim dispensationem quasi transit Jesus, quia actio temporalis est. Ortebat autem ut tantum clamarent donec resistente sibi turbæ strepitum viderent; id est, si perseverando animum intendere orando, atque pulsando quovisque consuetudinem desideriorum carnalium (quæ tanquam turba obstruit cognitioni lucem veritatis æternæ videre conanti) vel ipsam hominum carnalium turbam, studia spiritualia impediunt, fortissima intentione superarent. *Augustinus* de Verbis Domini, serm. 18. Bonos enim Christianos volentes facere præcepta Dei, Christiani mali, & repidi prohibent; clamant tamen illi non deficientes: cum enim quisque Christianus ceperit bene vivere, mundumque contemneret, in ipsa sui (4) novitate patitur reprehensores frigidos Christianos; sed si perseveraverint, ipsi jam obsequantur qui ante prohibebant. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 2. cap. 28.) Itaque (5) audiens Jesus, qui ait supra 7. Pul-

santi aperietur, sans eos tangit, & illuminati multi: primo Judæi, ut in actibus legimus; quia enim fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat, transiente Jesu admoniti sunt, ut illuminarentur, & ab eo stante illuminati sunt: temporalia enim transiunt, æterna stant. *Chrysostomus* super *Matth.* (hom. 36. in oper. imperf.) Quidam interpretantur duos cæcos Gentiles: (1) unum ex Cham, alium ex Japhet: qui secus viam sedebant, id est, juxta veritatem conversabantur, sed veritatem invenire non poterant; vel secundum rationem verbi consistentes, quia notitiam verbi nondum acceperant. *Rabbanius* (super *Turbæ increpabat eos*). Agnita autem fama nominis Christi, participes ejus fieri quærebant, Contradicebant

(1) Al. unus & alius. (2) Al. a sensibus. (3) Al. cum videamus, & sequamur.

CAPUT XXI.

(a) **E**T cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad monte Olivete, tunc Jesus misit duos discipulos, dicens eis: Ire in castellum quoddam contra vos est; & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet; & concessit dimittere eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filie Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens, super asinam, & pullum filium subjugalium. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus; & adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turbæ straverunt vestimenta sua in via; alii autem cadebant ramos de arboribus, & sternerant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis.

(b) Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Jesus Propheta à Nazareth Galilæe. Et intravit Jesus in templum Dei; & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit; & dixit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci, & clauderunt in templo; & sanavit eos. Videntes autem principes Sacerdotum, & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique. Numquam legistis quæ ex ore infantium, & lactentium profecti laudem?

(c) Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit. Mane autem revertens in civitatem, esurit. Et videns sici arborem unam secus viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempernum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Jesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis; sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fiet; & omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

(d) Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, & seniores populi dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hæc potestatem? Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermonem; quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Joannis unde erat? & Carlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes: Si dixerimus, E Carolo, dicit nobis: Quare ego non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam. Et respondentes Jesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Quid

(c) Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondens, ait. Nolo. Postea autem poenitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait, Eo domine; & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem Patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in Regno Dei. Venit enim ad vos Joannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem, & meretrices crediderunt ei; vos autem videntes, nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

(f) Aliam parabolam audire. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et agricolæ apprehensis servis ejus, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus; & fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur forte filium meum. Agricola autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est heres: venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem ejus. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Ajunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Numquam legitis in Scripturis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem vero ceciderit, conteret eum.

(g) Et cum audissent principes sacerdotum, & pharisæi parabolam ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere, timerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.

(a) **R**emigius. Narravit superius Evangelista Dominum egressum à Galilæa, & coepisse ascendere Hierosolymam. Postquam ergo narravit quid in via gesserit, in incæpta intentione perseverans dicit: *Et cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage.* Bethphage viculus fuit Sacerdotum, situs in latere montis Oliveti, distans uno milliario à Hierosolyma. Sacerdotes enim, qui per certos dies in templo deserviebant, completo officio vicis suæ, illuc divertebant ad manendum: similiter & illi qui accipiebant officium, illuc divertebant: quia præceptum fuit in lege, ut nullus diebus sabbatorum plus quam mille passus incederet. *Origenes*, tract. 14. Unde & interpretatur Bethphage, maxillarum domus: quoniam maxilla propria erat pars Sacerdotum in lege.

Sequitur: *Tunc Iesus misit duos discipulos.* *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 37. in oper. imperf.) Non dixit discipulis: Dicatis: Dominus tuus his opus habet: vel Dominus vester: ut intelligant; quia ipse sit solus Dominus, non solum animalium, sed omnium hominum: nam & peccatores conditione quidem sui sunt, voluntate autem sua diaboli. *Chrysoströmus* in homil. 67. Neque parvum enim existimes quod factum est: quis enim suavit dominis jumento-

EX EDIT. P. NICOL. (a) Interlinealis quantum ad primam partem; sed quæ sequuntur sunt ex Anselmo, non ex Glossa quæ nunc extat.

quæ sita est in monte Sion; mystice autem est Ecclesia fidelium, pertinens ad supernam Hierosolymam. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 37. in oper. imperf.) *Ecce* ostendens est verbum; (1) id est, non carnali aspectu, sed spirituali intellectu opera virtutum ejus aspice. Ante tempora quidem (2) multa dicebat, *Ecce*, ut ostenderet quia ille de quo loquebatur, antequam nasceretur; jam erat Rex tuus. Cum ergo videritis eum; nolite dicere (Joann. 19.) „Non „ habemus Regem nisi Cæsarem.“ *Venit tibi*, si intellexeris, ut salvet te; si non intellexeris, venit contra te. *Manfuerus*, non ut propter potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudinem amaretur: unde non sedet in curru aureo, pretiosa purpura fulgens; nec ascendit super fervidum equum discordiæ amatorem, & litis; sed super asinam tranquillitatis, & pacis amicam: unde sequitur: *Sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.* *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 36.) In hoc autem testimonio prophetico aliquanto diversa est Evangelistarum locutio: hoc enim Matthæus sic adhibet ut asinam dicat commemorasse Prophetam; non autem ita se habet vel quod Joannes interponit, vel Codices Ecclesiastica interpretationis 70. Cujus rei causa mihi videtur quod Matthæus Hebræa Lingua perhibetur Evangelium conscripisse. Manifestum est autem interpretationem illam quæ dicitur 70. in nonnullis aliter se habere quam inveniunt in Hebræo qui eam linguam noverunt, & qui interpretati sunt singuli eisdem libris Hebræos. Hujus autem distantia causa si quaeratur, nihil probabilius existimo quam eos 70. illo spiritu interpretatos quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant: quod ex ipsa eorum mirabili quæ prædicatur confessione firmatum est. Ergo & ipsi nonnulla in eloquio variando, (3) & voluntati Dei, cujus verba erant, non credendo, nihil aliud demonstrare voluerunt quam hoc ipsum (4) quod in Evangelistarum concordia, quadam diversitate (5) narratur; qua nobis ostenditur non esse mendacium; (6) si quicquam ita diverso modo aliquid narret ut ab ejus voluntate cui consentiendum est, non recedat: quod noscere, in moribus utile est propter cavenda mendacia; & ipsi fidei, ne putemus quasi consecratis sonis ita muniri veritatem, tamquam Deus nobis, quemadmodum ipsam rem, sic verba quæ propter illum sunt dicenda commendet; cum potius ita res sermonibus proferatur ut istos omnino querere non deberemus, si rem sine his nosse

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) Al. id est carnali aspectu. (2) Al. multi dicebant, *Ecce*, ut ostenderent. (3) P. Nicolajus melius habet & a voluntate Dei, cujus verba erant, non recedendo. (4) Al. deest quod. (5) Apud P. Nicolajum est miratur. (6) Al. sicut. (7) Al. oporteret.

possemus, sicut illam novit Deus, & in eo Angeli ejus. Sequitur: *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam, & pullum.* Ceteri autem Evangelistæ de asina tacent. Non deberet autem permovere lectorem, nec si Matthæus de pullo tacuisset, sicut illi de asina tacerunt: quanto minus moveri (7) oportet, quia unus ita commemoravit asinam, de qua ceteri tacerunt, ut tamen pullum non taceret, de quo illi dixerunt? Ubi enim utrumque potest intelligi factum, nulla repugnantia est; nec si alius aliud commemoraret: quanto minus ubi unus unum, alius utrumque?

Sequitur: *Et imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum de super sedere fecerunt.* *Hieronymus* (super *Ut adimpleretur*.) Sed videtur quod super utrumque animal in parvo itineris spatio Dominus sedere nequiverit: ergo cum historia aut impossibilitatem habeat, aut turpitudinem, ad altiora transmittitur, id est ad mysticum sensum. *Remigius*. Licet potuerit fieri ut super utrumque animal Dominus sederet. *Chrysoströmus* in hom. 67. Mihi autem videtur quod non propter mysterium solum super asinam sedit, sed & mensuram nobis sapientiæ tribuens, demonstrat scilicet quod non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino uti, & eo quod necessitatis est, esse contentum. Interroga autem Judæos: Quis Rex super asinam delatus intravit Hierosolymam? Sed non nique alium habent dicere, nisi istum solum. *Hieronymus* (super *Turba autem*.) Turba autem quæ egressa fuerat de Hierico, & secuta Salvatorem, supposuerunt vestimenta sua, & straverunt viam ramis arborum; & ideo sequitur: *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via, pedibus asini, necubi offendant in lapidem, nec calcet spinam, nec labatur in foveam.* Sequitur: *Alii autem cadebant ramos de arboribus, & sternabant in via*: de arboribus scilicet fructiferis, quibus mons Oliveti confitus est. Cumque opere cuncta fecissent, vocis quoque tribuunt testimonium: unde sequitur: *Turba autem quæ præcedebat, & quæ sequebatur, clamabant dicentes: Hosanna filio David.* Quid autem significet Hosanna, nunc perstringam breviter. In 117. Psal. qui manifeste de adventu Salvatoris scriptus est, inter cætera hoc quoque legitimus: „O Domine salvum me fac, ò Domine bene prosperare. Benedictus „ qui venturus est in nomine Domini.“ Pro eo quod in 70. habetur Interpretibus, „ò Kyrie sison „ di; id est, ò Domine saluum fac;“ in Hebræo

K 4

„le-

„legimus, Anna (1) Jehova Hofanna:“ quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens: „Obsecro Domine, (2) salva obsecro.“ Nemo ergo putet ex duobus verbis, Græco scilicet, & Hebræo, sermonem esse compositum, sed totum Hebraicum est. *Remigius*. Et est compositum (3) ex integro & corrupto. *Hof* enim Larine dicitur salva, sive salvifica; *Anna* vero apud illos interfectio est obsecrantis: nam sicut apud illos ab obsecrante dicitur anna, sic apud Latinos dicitur heu. *Hieronymus* (ubi supra ante illa verba, *Cum intrasset Hierosolymam*) Significavit enim quod adventus Christi salus mundi sit: unde sequitur: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Salvatore quoque idipsum in Evangelio comprobante: „Ego (inquit Joan. 5.) veni in nomine „Patris mei.“ *Remigius*. Quia scilicet in omnibus bonis operibus non suam, sed Patris gloriam quaesivit. *Glossa* (a) Est sensus: *Benedictus*: idest gloriosus sit, qui venit, idest incarnatus est, in nomine Domini, idest Patris, eum glorificando. Iterum repetunt: *Hofanna*, idest salva obsecro; & determinat ubi se vellent salvari, in altissimis, idest in caelestibus, non in terrenis, (b) Vel per hoc quod jungitur, *Hofanna*, idest salus in excelsis, perspicue ostenditur quod adventus Christi non tantum hominis salus, sed totius mundi sit, terrena jungens caelestibus. (4) *Hieronymus* (ubi supra.) Vel humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo quod dicebant, *Hofanna filio David*: *benedictus qui venit in nomine Domini*: restitutionem autem ejus in sancta, in eo quod dicebant, *Hofanna in excelsis*. *Chrysostromus* (hom. 37. in op. imperf.) *Hofanna* etiam, quidam interpretantur gloriam, alii vero redemptionem: nam & gloria illi debetur, & redemptio illi convenit qui omnes redemit. *Hilarius* (c) (can. 21. in Matth.) Laudationis enim verba, redemptionis in eo expriment potestatem; filium autem David nuncupant, in quo agnoscerent æterni regni hereditatem. *Chrysostromus* (d) (hom. 67. in princ.) Numquam antea Dominus sibi adhibuit ministeria jumentorum, nec ramorum virentia circa se ornamenta constituit, nisi modo quando Hierusalem ut pateretur ascendit. Excitavit enim videntes ut facerent quod prius volebant: ergo potestas eis data est, non mutata voluntas. *Hieronymus* (in princ. Commen. in 21. cap. Matth.) Mystice autem appropinquat Do-

(1) *Al.* Adonai. (2) *Al.* salvum me fac. (3) *Al.* ex integro corrupto. (4) *Al.* *Origenes*, ut habet etiam *Nicolai*. (5) *Legit P. Nicolai* quia magnus magnis ditatus mercibus, salute creditum reddita: & in fine appendicis habet jugum doctrinarum, pro lumen doctrinarum. (6) *Al.* omittitur ad castellum.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Non est in Glossa quæ nunc extat, sed in Anselmo. (b) *Hieronymus*. (c) Quod jungitur ex *Hilario*; male prius ex *Hieronymo* notabatur. (d) Super Matth. in op. imperf. ut supra. Male quasi ex *Chrysostromo* notatum erat hom. 67.

minus Hierosolymis egrediens de Hierico, turbis inde eductis quamplurimis: (5) quia magnus ditatus mercibus salute creditum rediens, ingredi cupit urbem pacis, & locum visionis Dei. Et venit Bethphage, idest ad domum maxillarum: & confessionis portabat tympum; & erat situs in monte Oliveti, ubi est lumen scientiæ, laborum, & dolorum requies: Per castellum enim, quod contra Apostolos erat, mundus iste designatur: contra Apostolos enim erat, nec lumen doctrinarum volebat accipere. *Remigius*. Dominus ergo de monte Oliveti discipulos (6) ad castellum misit, quia de primitiva Ecclesia prædicatores in mundum direxit. Duos quippe misit propter duos ordines prædicatorum, quos manifestat Apostolus dicens Gal. 2. „Qui operatus est Petro in Apostolatam „circumcisionis, operatus est & mihi inter „Gentes:“ sive quia duo sunt præcepta caritatis, sive propter duo testamenta, sive propter litteram, & spiritum. *Hieronymus* (super *Hoc factum*.) Sive propter theoreticam, & practicam, idest scientiam, & opera. A sima autem ista quæ subjugalis fuit, & edomita, & jugum legis traxerat, synagoga intelligitur. Pullus asinæ lascivus & liber, Gentium populus: Judæa enim secundum Deum mater est Gentium. *Rabbanus* (super *Et statim invenitis*.) Unde *Matthæus* solus, qui Judæis Evangelium scripsit, asinam Domino refert adductam, ut eidem etiam genti Hebrææ, si poeniteat, non desperandum monstrat esse salutem. *Chrysostromus* super Matth. (hom. 37. in op. imperf.) Propter quasdam autem similitudines, animalibus assimilati sunt homines, Dei Filium non cognoscentes. Est enim animal immundum, & præ ceteris pene jumentis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobile, & oneriferum. Sic fuerunt homines ante Christi adventum, passionibus diversis immundi, irrationabiles, verbiratione carentes, stulti propter Dei contemptum, infirmi secundum animam; ignobiles, quia obliiti generationis caelestis, facti fuerant servi passionum, & dæmonum; oneriferi, quia sufferebant sarcinam erroris à dæmonibus; vel phariseis impostam. Ligata autem erat asina, idest diaboli erroris vinculo impedita, ut non haberet libertatem eundi quo vellet: nam antequam peccemus, liberum habemus arbitrium

se.

sequi voluntatem diaboli an non: quod si semel peccantes obligaverimus nos operibus ejus, jam nostra virtute evadere non possumus; sed sicut navis fracto gubernaculo illic ducitur ubi tempestas voluerit; sic & homo divinæ auxilio gratiæ perditio per peccatum, non quod vult agit, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus valida manu misericordie suæ solverit eum, usque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit: & ideo dicit discipulis, *Solvit*; scilicet per doctrinam vestram, & per miracula vestra; quia omnes Judæi, & Gentes per Apostolos sunt liberati: & adducite mihi; idest, ad gloriam meam illos convertite. *Origenes*, tract. 14. Unde & ascendens in cælum jussit discipulis suis ut solverent peccatores, dans eis Spiritum Sanctum. Absoluti autem, & proficientes, & nutriti Verbi divinitate, digni habentur remitti in locum ex quo erant assumpti, non jam ad opera priora, sed ut prædicarent eis Filium Dei; & hoc est quod significat dicens: *Et confestim dimittet eos*. *Hilarius*, can. 21. Vel per asinam, & pullum duplex vocatio Gentibus ostenditur. Erant enim Samaritani sub quadam observantia suæ consuetudine (1) servientes, qui scilicet significatur per asinam: erant etiam indomitæ Gentes, & feroces, qui scilicet significatur per pullum. Igitur duo mittuntur, ut solverent ligatos erroris vinculis: per Philippum enim Samaria credidit, per Petrum Cornelius Christo, tamquam primitæ Gentium, adductus est. *Remigius*. Sicut autem tunc dictum est Apostolis: *Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet*; (2) sic nunc prædicatoribus est præceptum, ut si aliquid adversitatis obstitit, à prædicando non cessarent. *Hieronymus* (super *Euntes autem fecerunt*.) Vestis autem apostolica quæ jumento (3) superponitur, vel doctrina virtutum, vel discretio Scripturarum intelligi potest, sive ecclesiasticorum dogmatum (4) veritates; quibus nisi anima instructa fuerit, & ornata, sessorum habere Dominum non meretur. *Remigius*. Dominus autem super asellum sedens, Hierosolymam tendit: quia præsidens sanctæ Ecclesiæ, vel animæ fideli, & eam in hoc sæculo regit, & post hanc vitam ad visionem caelestis patriis introducit. Apostoli autem, & ceteri doctores vestimenta posuerunt super asinam: quia gloriam quam acceperunt à Christo, Gentibus dederunt. Turba autem vestimenta sternerat in via: quia credentes ex circumcissione, gloriam quam habebant ex lege,

contemnebant. Ramos autem de arboribus præcidiebant: quia ex Prophetis acceperunt exempla de Christo, quasi de arboribus virentibus. Vel turba, quæ vestimenta stravit in via, significat martyres, qui vestimenta sua, idest corpora, quæ tegumenta sunt animarum, pro Christo ad martyrium tradiderunt. Vel significatur illi qui corpora sua per abstinentiam domant. Illi autem ramos arborum præcidunt qui dicta, & exempla sanctorum patrum quaerunt ad suam, vel filiorum salutem. *Hieronymus* (super *Turba autem quæ præcedebant*.) Quod autem ait, *Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequiebantur*, utrumque populum ostendit, & qui ante Evangelium, & qui post Evangelium Domino crediderunt, consona Jesum confessionis voce (5) laudare. *Chrysostromus* super Matth. (hom. 37. in op. imperf.) Et illi quidem prophetantes de Christo venturo clamaverunt; hi autem laudantes clamant de adventu Christi (6) jam adimpleto.

(b) *Hieronymus* (super *Et cum intrasset*.) Introeunte Jesu cum turba, tota Hierosolymorum civitas commoveatur, mirans frequentiam, nesciens (7) virtutem: unde dicitur: *Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens, Quis est hic? Chrysostromus* super Matth. (hom. 38. in op. imperf.) Merito autem commovebantur videntes rem mirabilem. Homo laudabatur quasi Deus; sed Deus laudabatur in homine. Puto autem quod nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant; sed Spiritus subito ingressus in eos, veritatis verba fundebat. *Origenes*, tract. 15. Sed & quando intravit Jesus Hierosolymam (8) veram, admirantes virtutes caelestes, dicebant Psal. 23. „Quis est iste Rex gloriæ?“ *Hieronymus*, ubi supra. Aliis autem vel ambigentibus, vel interrogantibus, nisi plebecula confitetur: unde sequitur: *Populi autem dicebant: Hic est Jesus Propheta à Nazareth Galilæe*. A minoribus incipiunt, ut ad majora perveniant. Prophetam enim dicunt quem Moyses sui similem dixerat esse venturum, (9) & qui proprie apud Græcos scribitur cum, *in arthu martyria*, idest cum articuli testimonio. A Nazareth autem Galilæe, quia ibi educatus fuerat, ut flos campi nutretur in flore virtutum. *Rabbanus* (super *Et intravit Jesus*.) Notandum autem, quod hic introitus ejus in Hierusalem fuit ante quinque dies paschæ. Narrat enim Joannes, quod ante sex dies paschæ venerit in Bethaniam, & in crastinum asinus sedens (10) venerit in Hierusalem: ubi no-

(1) *Al.* servientes, & feroces. (2) *Al.* sicut. (3) *Al.* supponitur. (4) *Al.* varietates. (5) *Al.* laudarunt. (6) *Al.* deest jam. (7) *Al.* veritatem. (8) *Al.* veterani. *P. Nicolajus* se expedit, utrumque omitendo. (9) *Al.* quatuor sæpe jam recensitis exemplis omittitur sequentia usque ad punctum. (10) *Al.* venit.

tanda est concordia non solum in rebus, sed etiam in temporibus veteris, & novi testamenti. Decima enim die mensis primi, agnus qui in pascha immolaretur, domum introduci iustus est: quia & Dominus decima die ejusdem mensis, hoc est ante quinque dies paschæ, civitatem, in qua pateretur, erat ingressurus.

Sequitur: *Et intravit Jesus in templum Dei.* Chrysostomus super Matth. (hom. 38. in opere imperf.) Hoc erat proprium boni filii ut ad domum curreret patris, & illi honorem redderet; & tu imitator Christi factus, cum ingressus fueris in aliquam civitatem, primo ad Ecclesiam curras. Hoc etiam erat boni medici ut ingressus ad infirmam civitatem salvandam, primum ad originem passionis intenderet: nam sicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit: si enim sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, tota fides marcida est: sicut enim cum videris arborem pallentibus foliis, intelligis quia vitium habet in radice; sic cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce quia sacerdotium ejus non est sanum.

Sequitur: *Et gesticabat omnes vendentes, & ementes.* Hieronymus (a) super *Et intravit Jesus in templum.* Sciendum quidem est, quod juxta mandata legis in venerabili toto orbe templo Domini, & de cunctis pene regionibus Judæorum illuc populo conflante, innumerabiles immobilabantur hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum; pauperibus, ne absque sacrificio essent, pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autem ut qui de longe venerant, victimas non haberent. Excogitaverunt igitur sacerdotes quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia, venderent, & ut venderent non habentibus, ut ipsi rursus empta susciperent. Hanc ergo stropham, idest fraudem se in diversa vertentem, crebro venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed nec unde emerent. Posuerunt itaque nummularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, ut nemo usuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia generata, quæ commodi nihil haberet, & in modum perderet fortem; excogitaverunt & aliam rethnam (1) idest artem ut pro nummulariis collybias facerent (2) cujus verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collybia dicuntur apud illos, quæ

(1) *Al. omittitur idest artem.* (2) *Al. hujusmodi.* (3) *Al. in illo.* Ex *Matth. P. Nicol.* (4) *Ejus nomine prætermisso, prius appendix ista confundebatur cum precedenti, quasi ex Chrysofomio esset.*

nos appellamus tragemata, vel villa munuscula; verbigratia, frixi ciceris, uvarumque passerum, & poma diversi generis. Igitur quia usuras accipere non poterant, collybias pro usuris accipiebant varias species, ut quæ in nummo non licebant, in his rebus exigenter, quæ nummis coemuntur; quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicaverit dicens cap. 18. „Usuram, & superabundantiam non accipietis.“ Itiusmodi Dominus cernens in domo Patris, negotiationem, seu latrocinium, ardore spiritus concitatus, tantam hominum multitudinem eiecit de templo. Origenes (Matth. 21. tract. 15.) In quo non debent vendere, & emere, sed orationibus tantum vacare qui congregantur quasi in domo orationis: unde sequitur: *Et dicit eis: Scriptum est* (scilicet in Esaia 56.) *Domus mea domus orationis vocabitur.* Augustinus in Regula. Nemo ergo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit.

Sequitur: *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Hieronymus (super *Et intravit Jesus*) Laro enim est, & templum Dei in latronum convertit speluncam, qui lucra de religione fecit. Mihi autem inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc videtur esse mirabilissimum, quod unus homo, (3) & illo tempore contemptibilis, intantum ut postea crucifigeretur, scribis, & pharisæis contra se severtentibus, & videntibus lucra sua destrui, poterit ad unius flagelli verbera tantam eiecere multitudinem. Igneum enim quiddam, atque sidereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas lucebat in facie. Manifestum autem est, hoc non semel, sed iterum à Domino esse factum; sed primum commemoratum est à Joanne, hoc autem ultimum à ceteris tribus. Chrysostomus in hom. (68. in Matth.) In quo major est accusatio Judæorum: quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia; Origenes, tract. 13. Mystice autem templum Dei est Ecclesia Christi. Sunt autem multi in ea non, sicut decet, viventes spiritualiter; sed secundum carnem militant; qui domum orationis de lapidibus vivis constructam, faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Si autem oportet tres species eieciat à templo cautius exponere, possunt dicere. Quicumque in populo Christiano ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones, & venditiones, rariis in orationibus permanent, vel in aliis actibus rectis, ipsi sunt vendentes, & ementes in templo Dei. Diaconi qui non bene

tractant Ecclesiarum pecunias, & divites sunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummulani, pecuniarum mensas habentes, quas Christus evertit. Quod autem mensis ecclesiasticarum pecuniarum diaconi præstint, docemur in Actibus Apostolorum. Episcopi autem qui tradunt Ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas (1) idest gratiam Spiritus Sancti, quorum cathedras Christus evertit. Hieronymus (super *Accesserunt ad eum*). Juxta simplicem enim intelligentiam, columbæ non erant in cathedris, sed in caveis; nisi forte columbarum infitiores sedebant in cathedris: quod absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur; quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Observa etiam propter avaritiam sacerdotum, altaria Dei nummulariorum mensas appellari. Quod autem de Ecclesia diximus, uniusquisque de se intelligat: dicit enim Apostolus 2. Corinth. 6. „Vos estis templum Dei.“ Non sit ergo in domo pectoris vestri negotiatio, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Jesus iratus, & rigidus, & non aliter mundet templum suum nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum, domum faciat (2) orationum. Origenes (Matth. 21. tract. 15. à medio.) Vel in secundo adventu eieciat, vel evertet quos (3) invenerit in templo Dei indignos. Chrysostomus super Matth. (hom. 38. in op. imp.) Ideo etiam nummulariorum mensas evertit, quod significat quod in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, qui Dei habet imaginem, non qui portant imaginem (4) terrenam. Cathedras vendentium columbas evertit, loquens ipso facto: Quid facient in templo multæ columbæ vanales, ex quo una columba gratuita descendit in templum corporis mei? quod autem turbæ verbis clamaverunt, Dominus factus ostendit: unde sequitur: *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo; & sanavit eos.* Origenes (Matth. 21. tract. 15. prope finem.) In templo enim Dei, idest in Ecclesia, non sunt omnes videntes, neque rectè ambulantes; sed qui ex eis intelligunt quia nullus est opus nisi Christi ut sanari possunt, accedentes ad Verbum Dei sanantur. Remigius. Quod autem in templo sanantur, significat quod homines non nisi in Ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque solvendi. Hieronymus (super *Et accesserunt ad eum cæci*). Nisi autem mensas nummulariorum subvertisset, cathedraque columbas vendentium, cæci, & claudi lucem pristinam, & concitum gradum in templo non meruissent recipere. Chrysostomus in hom. 68. Principes au-

tem sacerdotum neque ita persuadebantur; sed ex reliquis miraculis, & præconis peritorum eum extollentibus indignabantur: unde sequitur: *Videntes autem principes sacerdotum &c.* Hieronymus (super: *Videntes autem principes*). Cum enim manum non audeant in eum injicere sacerdotes, tantum opera clamantur, & testimonium populi, atque peritorum qui clamabant: *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini*: quod videlicet hoc non dicitur nisi soli Filio Dei. Videant ergo Episcopi, & quilibet sancti homines, cum quanto periculo dici sibi ista patiantur, si vero Domino, cui hoc dicebatur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur. Chrysostomus super Matth. (homil. 38. operis imperf.) Sic (5) autem columna simodicum obliquata fuerit, accepto ponderè amplius vadit in latus; sic & cor hominis cum perversum fuerit, si aliquid viri iusti opera videat, vel audiat, non confirmatur, sed magis ad invidiam concitatur. Hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum, facientes: *Audis quid isti dicunt?* Hieronymus (super *Jesus autem dicit eis*). Sed Christi responsio moderata fuit. Non dixit quod scribæ audire cupiebant: Bene faciunt pueri, ut mihi testimonium perhibeant: nec rursus: Errant, pueri sunt, debetis ætati ignoscere: sed profert exemplum de 8. Psalmo, ut tacente Domino, testimonium Scripturarum peritorum dicta firmaret: unde sequitur: *Jesus autem dicit eis: Utique. Numquam legistis &c.* Chrysostomus super Matth. (hom. 38. in op. imperf.) Tamquam si dicat: Esto, mea culpa est, quia isti clamant. Numquid mea culpa est, quia ante tot millia annorum hoc futurum Propheta prædixit? Infantes autem, & lactentes nec intelligere aliquem, nec laudare possunt. Dicuntur ergo infantes non ætate, sed simplicitate cordis; lactentes autem, quoniam quasi lactis suavitate; ita mirabilium delectatione excitati clamabant. Lac enim dicitur opus miraculorum: quia miracula nullam laborem videntibus ponant; sed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliiter invitant. Pueri autem est doctrina perfectæ justitiæ; quam accipere non possant nisi exercitati sensus res spiritualis. Chrysostomus in homil. 68. Hoc autem & typus Gentium erat, & Apostolis non parva consolatio: ut enim non angustarentur, qualiter idiote existentes possent predicare, prævidentes pueri eorum eiecerunt timorem: quoniam scilicet dabit eis feromonem qui hos scilicet laudem cantare. Hoc etiam miraculum signifi-

L4

(1) *Al. idest Spiritus Sancti.* (2) *Al. orationis.* (3) *Al. inveniet.* (4) *Al. terreni.* (5) *Al. dicit autem.*

cat quod Christus conditor erat nature: quia pueri significativa loquebantur, & Prophetis confona; viri autem insipientia, & insauia plena.

(c) *Chrysofomus* super Matth. (hom. 38. in opere imperf.) Malum hominem melius locum dando potest aliquid vincere, quam respondendo: quia malitia non infruitur sermonibus, sed excitatur: & ideo Dominus recedendo compescere studuit quos respondendo non compescuit: unde dicitur: *Et relicta illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam.* *Hieronymus* (super his verbis.) Hinc autem intelligendum est quod Dominus tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, ut in urbe maxima nullum hospitem, nullam invenerit mansionem; sed in vico parvulo apud Lazarum, foreoreque ejus habitaret: eorum quippe viculus Bethania est: unde sequitur, *Ibi que mansit.* *Chrysofomus* super Matth. (hom. 38. operis imperf.) Ut scilicet ibi maneret corporaliter ubi & spiritualiter repauebat: nam sanctorum virorum est quod non gaudent ubi epulæ largæ sunt, sed ubi sanctitas floret. *Hieronymus* (super *Mane autem.*) Discussis autem noctis tenebris, cum in civitatem reverteretur Dominus esurivit: unde sequitur: *Mane autem revertens in civitatem, esurivit, veritatem scilicet humanæ carnis ostendens.* *Chrysofomus* super Matth. (hom. 33. in opere imperf.) Quando enim concessit carni quod proprium erat pati, tunc demonstrat ejus passionem, (2) *Rabbanus.* Nota autem majorem studiosi operatoris affectum, dum dicitur mane revertisse in civitatem, ut prædicaret, & ut aliquos Deo Patri acquireret. *Hieronymus.* Dominus autem passurus in populis, & bajulaturus scandalum crucis, voluit discipulorum animos signi anticipatione firmare: unde sequitur: *Et videns arborem unam secus viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea nisi folia tantum.* *Chrysofomus* in hom. 68. Non propter hoc veniebat quia esuriebat, sed propter discipulos: quia enim ubique beneficiabat, nullum autem puniebat, oportebat (1) & punitricis ejus virtutis demonstrationem tribuere. Noluit autem in hominibus hoc ostendere, sed in planta. *Hilarius* (can. 21. super Matth.) Et in hoc quidem bonitatis dominicæ argumentum reperimus: nam ubi afferre voluit procuratæ per se salutis exemplum, virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit, spem futurorum, & animæ salutem, curis præsentium ægritudinum commendans; nunc vero ubi in contumaces formam severitatis constituerebat, futuri spe-

(1) *Al.* & punitricis. (2) *P. Nicolaius* habet si creatura sua pro arbitrio ad utilitatem aliorum mutatur. (3) *Al.* fidelibus. (4) *Al.* *Origenes*, quem habet etiam *Nicolaius*.
EX EDIT. P. NICOL. (a) *Beda.*

ciem damno arboris indicavit: unde sequitur: *Et ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* *Hieronymus* (super *Videns arborem sic.*) *Vel in seculum*, utrumque enim eona Græcus sermo significat. *Chrysofomus* in hom. 68. Suspicionis autem discipulorum erat exitimare propter hoc eam esse maledictam, quia non habebat fructum: cur igitur maledicta est? Discipulorum gratia, ut discant quoniam poterat siccare eos qui crucifixerunt eum: unde sequitur: *Et arefacta est continuo ficulnea.* Ideo autem non in alia planta, sed in omnium humidissima miraculum hoc fecit, ut & hic majus hoc miraculum appareat. Cum autem in plantis, vel in brutis sit aliquid tale, non quæras qualiter juste siccatâ est ficus, si tempus non erat (hoc enim quærare est ultimæ dementiæ, quia scilicet in talibus non invenitur culpa, & pœna) sed miraculum inspicere, & admirare miraculi factorem: unde sequitur: *Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Glossa* (ordinaria.) Non facit creator injuriam possidenti; (2) sed creatura suo arbitrio ad utilitatem aliorum mutatur. *Chrysofomus* in hom. (68. in Matth.) Et tu discas quoniam propter eos hoc factum est, scilicet ut ad constituendum eos erigat, audi quid deinceps dicatur: sequitur enim: *Respondens autem Jesus ait illis: Amen dico vobis, si habueritis fidem.* *Hieronymus* (super *Amen dico vobis.*) Lamentant contra nos gentium canes, asserentes, Apostolos non habuisse fidem, quia montes transferre non potuerunt. Quibus respondemus multa facta esse signa à Domino quæ scripta non sunt: igitur & hæc credimus fuisse Apostolos; sed ideo scripta, non esse, ne (3) infidelibus contradicendi major daretur occasio: alioquin interrogemus eos, utrum credant his signis quæ scripta narrantur, an non? Et cum incredulos viderimus, consequenter probabimus, nec majoribus eos credituros fuisse quæ minoribus non crederent. *Chrysofomus* in hom. 68. Hoc autem quod Dominus dicit, orationi ascribit, & fidei: unde iterum dicit: *Omnia quaecumque petieritis in oratione, credentes, accipietis:* (4) discipuli enim Christi, nihil eorum, quæ non oportet petunt; & quasi credentes magistro, nihil aliud petunt nisi magna, & cælestia. *Rabbanus.* Quotiescumque autem petentes non exaudimur, ideo fit quia vel contra auxilium nostræ salutis petimus, vel quia eorum pro quibus petimus, perveritas non impetremus obstitit; vel in futurum petitionis nostræ differret effectus, ut desideria crescant, & perfectius capiant gaudia quæ requiruntur. *Augustinus*

de

de Conf. Evang. (Lib. 2. cap. 68.) Considerandum autem, quod miratos esse discipulos de hoc quod arbor aruerat, & eis Dominum respondisse quod dictum est de fide, non ipso secundo die quo maledixerit arbori, sed tertio die Marcus dicit: ipso quippe die secundo commemoravit Marcus de templo egestos vendentes, quod primo die factum prætermiserat: ipso ergo secundo die dicit, facta vespere, egressum de civitate, & cum mane transirent, vidisse discipulos mane factam ficum aridam. *Matthæus* autem sic loquitur tamquam secundo die hoc totum sit factum: unde intelligitur quod cum *Matthæus* dixisset, *Arefacta est continuo ficulnea*, prætermisisset ceteris ad secundam diem pertinentibus, adjunxit statim: *Et videntes discipuli admirati sunt*; ita tamen quod alio die viderit Dominus ficulneam, & alio die discipuli mirati sunt: intelligitur enim non tunc aruisse quando viderunt arefactam, sed continuo quando maledicta est; non enim arecentem, sed penitus arefactam viderunt, ac sic eam continuo in verbo Domini aruisse intellexerunt. *Origenes* (tract. 16.) Mystice autem relinquens Dominus principes, & scribas, factus est extra Hierusalem terrenam, quæ ideo cecidit. Venit autem in Bethaniam ad domum obedientiæ, idest Ecclesiam, ubi cum requiescisset post principium constituendi Ecclesiam, revertitur in civitatem quam paulo ante reliquerat, & revertens esurivit. *Chrysofomus* super Matth. (in op. imperf. hom. 39.) Si autem quasi homo esurisset cibum carnalem, numquam mane esurisset; sed mane esurit qui aliorum esurit salutem. *Hieronymus.* Arborem autem quam vidit in via, intelligimus synagogam, quæ juxta viam erat: quia legem habebat, non tamen credebatur in viam, idest in Christum. *Hilarius* (can. 21. in Matth.) Quæ ficus arbori comparatur, quia credentes primi ex Israel Apostoli (1) crasso modo, ceteros resurrectionis gloria, & tempore anteibunt. *Chrysofomus* super Matth. (hom. 39. op. imperf.) Ficus etiam propter multitudinem granorum sub uno cortice, est quasi congregatio multorum fidelium. Nihil autem invenit in ea nisi folia tantum, idest traditiones pharisaicas, jactationem legis absque fructibus veritatis. *Origenes* (tract. 16.) Et quoniam arbor illa erat figuratim animam habens, quasi audienti dicit: *Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum*; ideo infructuosa est synagoga Judæorum; & hoc erit usque ad consummationem sæculi, donec intraverit Gentium multitudo: & aruit fi-

culnea adhuc peregrinante in hac vita Christo; & videntes discipuli oculis spiritualibus mysterium (2) fidei siccatæ, mirati sunt: sed & discipuli Christi fideles, & non hæsitantes, relinquentes eam, siccam faciunt, cum vitalis virtus transferat ab eis ad Gentes; sed & a singulis qui adducuntur ad fidem, tollitur mons ille fatanas, & mittitur in mare, idest in abyssum. *Chrysofomus* (2) super Matth. (hom. 39. oper. imperf.) *Vel in mare*, idest in istum mundum, ubi sunt aquæ falsæ, idest populi iniqui. *Rabbanus.* Exclusionem enim suam ab electis amplius sciendo vindicat in reprobis. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 1. cap. 29.) Vel hoc sibi servus Dei dicere debet de monte superbiæ, ut eam à se repellat: vel quia per eos Evangelium prædicatum est, ipse Dominus, qui mons appellatus est, à Judæis in Gentes tamquam in mare jacitur. *Origenes* (ubi supra ante med.) Omnis etiam qui obediit verbo Dei, Bethania est, & requiescit Christus in eo: malos quidem, & peccatores relinquit; quando autem fuerit apud justos, fit & apud alios post illos, & cum illis: non enim dicitur, quod relinquens Bethaniam venit in civitatem. Esurit autem semper Dominus in justis, volens manducare fructum Spiritus Sancti in eis, qui sunt caritas, gaudium, & pax. Erat autem secus viam hæc ficus quæ folia tantum habuit sine fructu. *Chrysofomus* super Matth. (hom. 39. in op. imperf.) Idest juxta mundum: si enim homo juxta mundum vixerit, non potest in se fructum justitiæ tenere. *Origenes* (ibidem.) Si autem venerit Dominus in tentationibus, fructum requirens, & inventus fuerit aliquis nihil justitiæ habens, nisi professionem tantummodo fidei, quod est folia sine fructu, mox excutatur, hoc ipsum etiam quod videtur fidelis amittens; sed & unusquisque discipulorum ficum arecere facit, manifestum faciens eum esse vacuum à Christo, sicut Petrus dixit ad Simonem Act. 8., Cor., tuum non est rectum coram Deo. Melius est enim fallacem ficum, quæ vivere æstimatur, non autem fructificet, ficari verbis discipulorum Christi, & fieri manifestam, quam ut fureret per signum innocentium corda. Est autem & in unoquoque infideli mons secundum mensuram infidelitatis suæ, qui verbis discipulorum Christi tollitur.

(d) *Chrysofomus* (hom. 39. oper. imperf.) Quia viderant sacerdotes Christum cum magna gloria introentem in templum, invidia torquebantur. Itaque non (3) suffocantes in pectore suo invidia stimulantis ardorem, primum

(1) *Al.* grosso modo. (2) *Al.* fidei siccatate, item fidei siccare. (3) *Al.* sufficientes.
EX EDIT. P. NICOL. (a) Hom. 68. ut supra.

punt in vocem: unde (1) dicitur: *Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentes principes sacerdotum, & Seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Chrysoströmus* in hom. 68. Quia enim signis detrahare non habebant, ex his quæ inhibebantur in templo vendere, assentunt reprehensionem; ac si dicerent: Numquid magistralem suscepisti thronum? Sacerdos consecratus es, quoniam tantam demonstrasti potestatem? *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 39. oper. imperf.) Per hoc autem quod subdunt, *Aut quis dedit tibi hæc potestatem?* ostendunt multas esse personas quæ dant hominibus potestatem, sive corporalem, sive etiam spiritua-lem; quasi dicerent: De sacerdotali familia genitus non es; Senatus tibi hoc non concessit; Cæsar non donavit. Si autem credidissent quia omnis potestas ex Deo est, numquam interrogassent: *Quis dedit tibi hæc potestatem?* Omnis enim homo secundum se æstimat alterum: fornicarius neminem æstimat castum; castus non facile de fornicario suspicatur: sic qui non est ex Deo sacerdos, nullius sacerdotium putat ex Deo. *Hieronymus* (super *Et cum venisset in templum.*) Vel his verbis eandem qua supra calumniam struunt, quando dixerunt supra 12. *In Beelzebub principe demoniorum eiecit, demonia.* Quando enim dicunt, *In qua potestate hæc facis?* dubitant de Dei potestate, & subintelligi volunt, diaboli esse quod faciat. Addentes quoque, *Quis tibi dedit hæc potestatem?* manifestissime Dei Filium negant, quem putant non suis, sed alienis viribus signa facere. Poterat autem Dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare; sed prudenter interrogavit, ut suo ipsi vel silentio, vel scientia condemnarentur; unde sequitur: *Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermonem.* *Chrysoströmus* super Matth. (in oper. imperf. hom. 39.) Non quidem ut respondentes audiant, sed ut impediti non interrogent; quia ipse præcepit supra 7. *Nolite sanctum dare canibus.* Deinde etiam si dixisset, nihil proficeret: quia non potest sentire quæ lucis sunt, tenebrosa (2) voluntas. Interrogantem enim oportet (3) docere, tentantem autem rationabili percussione confundere; non autem ei virtutem mysterii publicare. Dominus ergo simplici interrogationi laqueum ponit in sua interrogatione; & quia eum vitare non poterant, subdit, *Quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.* Est autem interrogatio talis. *Baptismus Joannis unde erat: ex celo, an ex hominibus?* *Augustinus* super Joan. (tract. 5. & 6.)

(1) *Al.* sequitur. (2) *Al.* voluptas. (3) *Al.* dicere. (4) *Al.* omittitur esse. (5) *Al.* factio. (6) *Al.* dico.

Acceptit quidem Joannem ut baptizare posset ab eo quem postmodum baptizavit; baptismus autem quem accepit, baptismus Joannis hic dicitur. Solus tale donum accepit, nullus ante ipsum justorum, nullus post ipsum accepit baptismum, qui baptismus diceretur ipsius. Venit enim Joannes baptizare in aqua penitentiam, viam Domino præparando, non interius mundando, quod purus homo non potest. *Hieronymus* (super *Respondens autem dixit.*) Ipsi autem sacerdotes quid in sua malitia pertractaverint, ostenditur cum subditur: *At illi cogitabant inter se.* Si enim respondissent, baptismus Joannis (4) esse de celo, consequens erat responsio: Quare ergo non estis baptizati à Joanne? Si autem dicere voluissent humana deceptione compositum, & nihil habere divinum, seditionem populi formidabant. Omnes enim congregatæ multitudines, Joannis receperant baptismum, & sic habebant eum ut Prophetam. Respondit itaque impiissima (5) factio, & humilitatis verbo, quo nescire se diceret, versa est ad insidias cooperandas: unde sequitur: *Et respondentes Jesu, dixerunt, Nescimus.* In eo quod nescire se responderant, mentiri sunt: consequens ergo erat iuxta responsionem eorum, Dominum quoque dicere, Nec ego scio; sed mentiri veritas non potest: sequitur enim: *At illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.* Ex quo ostendit & illos scire, sed respondisse nolle; & se nosse, & ideo non dicere, quia illi quod sciant taceant. *Origenes* (tract. 17.) Sed dicit aliquis contra hoc, quia ridiculum erat interrogare in qua potestate hæc faceret Jesus: nec enim poterat fieri ut responderet, quia in potestate diaboli faceret; sed nec ipse responderet quod erat verum, quoniam in potestate propria facit. Si quis autem dicat, quoniam interrogabant principes, ut illum terrent; ut puta, si facit aliquis quod nobis non placet in nostris, dicimus ei: Quis te jusit hoc facere? eum terrentes, ut recedat ab actu. Sed quid est quod & Christus ita respondit: Dicite mihi vos hoc; & ego vobis (6) dicam, in qua potestate hæc facio? Forte ergo sic intelligitur hic locus. Generaliter quidem sunt duæ potestates diversæ: una ex parte Dei, altera ex parte diaboli: specialiter autem sunt plures: non enim una potestas omnibus Prophetis facientibus signa cooperabatur; sed alia istis, alia illis; & ad res forsitan inferiores inferior, ad res autem eminentiores eminentior. Principes autem sacerdotum videbant Jesum multa prodigia facientem; & ideo potestatis sibi cooperantis speciem, &

proprietatem volebant audire à Christo. Alii quidem qui signa fecerunt, in primis quidem in illa potestate fecerunt; proficientes autem in alia potestate majori; tamen Salvator universa fecit in una potestate, quam accepit à Patre. Quoniam autem non erant digni talia audire mysteria, propterea non dat eis responsum, sed contra interrogat. *Rabbanus.* Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quærentibus, cum scilicet is qui quærit aut minus capax est ad intelligendum, aut odio, vel contemptu veritatis indignus est cui debeat aperiri quod quærit.

(e) *Hieronymus* (immediate ante *Quid vobis videtur.*) Post præmissa, insert Dominus parabolam, qua & illos impietatis arguat, & ad Genes regnum Dei doceat transferendum, dicens: *Quid autem vobis videtur? Chrysoströmus* super Matth. (hom. 40. oper. imperf.) Quos reos proponit in causa, ipsos & iudices petit, ut à nullo mercantur solvi qui seipso condemnant. Magna est fiducia iustitiæ ubi adversario ipsi causa committitur. In parabola ergo figurat personas eorum, ut non intelligant quomodo ipsi adversus se sentiant dicerent: sequitur enim: *Homo quidam habebat duos filios.* Quis ille nisi Deus, qui omnes homines creavit: qui cum sit natura dominus, tamen vult magis diligere quasi pater, quam timeri ut dominus? Major filius, Gentium populus erat, minor vero, populus Judæorum: quoniam Genes quidem erant ex tempore Noe. Sequitur: *Et accedens ad primum dixit: Fili vade hodie operari in vineam meam. Hodie, idest tempore sæculi hujus.* Locutus est autem non in facie, ut homo, sed in corde, ut Deus, sensibus ingerens intellectum. Operari autem in vinea est iustitiam facere: nescio autem si totam quis hominum sufficiat operari. *Hieronymus* (super *Homo habebat duos filios.*) Primo ergo dicitur Gentilium populo per naturalis legis notitiam: *Vade, & operare in vineam meam;* hoc est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: qui superbe respondit: unde sequitur: *Ille autem respondens ait, Nolo.* *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 40. oper. imperf.) Genes enim à principio relinquentes Deum, & iustitiam ejus, & transeuntes ad idola, & peccata, in cogitationibus suis respondere videntur: Nolumus facere Dei iustitiam. *Hieronymus* (ubi supra.) Postea vero in adventu Salvatoris, Gentium populus, acta penitentia, operatus est in vinea Dei, & sermonis contumaciam labore correxit; & hoc est quod dicitur: *Postea penitentia motus abiit.* Sequitur: *Accedens autem ad alterum, dixit simili.* *S. Thom. Oper. Tom. VIII.*

(1) *Al.* ad baptismum.

liter. At ille respondens ait, Eo domine. Secundus enim filius, populus Judæorum est, qui respondit Moyssi, Exod. 24. „Omnia quaecumque dixerit nobis Dominus, faciemus.“ *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 40. oper. imperf.) Sed postea aversi, mentiri sunt Deo, secundum illud Psal. 17. „Fili alieni mentiri sunt mihi.“ & hoc est quod dicitur, *Et non ixit.* Interrogat ergo Dominus consequenter: *Quis ex duobus fecit voluntatem Patris? Dicunt ei, Primus.* Vide quomodo adversus se protulerint sententiam, dicentes, priorem filium voluntatem patris fecisse, idest populum Gentium: quia melius est non promittere Deo iustitiam, & facere, quam promittere, & mentiri. *Origenes* (tract. 18.) Unde potest considerari Dominum esse locutum in parabola ista ad eos qui modicum, aut nihil promittunt, operibus autem ostendunt; & contra eos qui magna promittunt, nihil autem secundum promissionem suam agunt. *Hieronymus* (super *Dicunt ei, Primus.*) Sciendum est autem, in veris exemplaribus non haberi *novissimum*, sed *primum*, ut proprio iudicio condemnentur. Si autem *novissimum* voluerimus legere, ut quidam habent, manifesta est interpretatio, ut dicamus intelligere quidem veritatem Judæos, sed tergiversari, & nolle dicere quid sentiunt; sicut (1) & baptismum Joannis scientes esse de celo, dicere noluerunt. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 40.) in oper. imperf.) Eorum autem iudicium Dominus abundanter confirmat: unde sequitur: *Dixit Jesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei;* ac si dicat: Non solum populus Gentilium melior est vobis, sed etiam publicani, & meretrices. *Rabbanus.* Potest autem regnum Dei Evangelium, vel Ecclesiæ præfens intelligi; in quo Genes Judæos præcedunt, quia citius credere voluerunt. *Origenes* (tract. 18.) Per hoc autem non excluditur quin Judæi aliquando inirent in regnum Dei; sed, cum plenitudo Gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus fiet: Rom. 11. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 40.) Puto autem, quod ex persona omnium virorum peccatorum, publicani ponuntur, & ex persona omnium mulierum peccatricum, meretrices: quia avaritia præcipue in viris abundat, fornicatio autem in mulieribus, mulier enim in quiete sedet inclusa; fornicatio autem maxime ex otio nascitur: vir autem quoniam in actibus rerum diversarum est assidue, in avaritiæ peccatum facile incurrit; in fornicationem autem non facile, nisi multum sit lascivius: nam occupatio virilium sollicitudinum, voluptatem plerumque excludit: unde proprium

est hoc adolescentium nihil agentium. Consequenter exponit causam ejus quod dixerat, dicens: *Venit enim Joannes ad vos in via justitia, & non creditis ei. Rabbanus. Viam justitiæ Joannes prædicans venit, quia Christum, qui consummatio legis est, digito monstravit. Chryso- stomus super Matth. (hom. 40. in op. imperf.)* Vel venit in via justitiæ sic manifeste ut conversatio ejus venerabilis peccatorum corda concuteret: unde sequitur: *Publicani autem, & meretrices crediderunt ei.* Considera quomodo conversatio bona prædicatoris prædicationi præstet virtutem, (1) ut etiam indomita domet corda. Sequitur: *Vos autem videntes, nec penitentiam habuistis postea, ut crederetis ei?* ac si diceret: Illi fecerunt quod majus est; credendo; isti autem neque penitentiam fecerunt, quod minus est. In hac autem expositione, quam secundum multorum expositionem tractavimus, aliquid mihi videtur esse contrarium. Si enim duo filii, Judæi, & Gentes, intelligendi sunt, postquam sacerdotes interrogati responderunt priorem filium patris voluntatem fecisse, concludens Christus parabolam, sic debuit dicere: Amen dico vobis, quia gentes præcedent vos in regnum Dei. Nunc autem dicit: *Quia publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei; quod magis popularium hominum ostendit conditionem quam Gentium: nisi forte intelligamus, ut prius dictum est: Intrantum Gentium populus magis placet Deo quam vos, ut etiam publicani, & meretrices sint acceptabiles Deo quam vos. Hieronymus (super illud Quid vobis videtur?) Unde alii putant non Gentilium, & Judæorum esse parabolam, sed simpliciter peccatorum, & justorum: eo quod illi quidem per mala opera Deo servire negaverant, postea penitentiam baptismum acceperant à Joanne; pharisæi autem, qui justitiam præferabant, & legem Dei se facere jactabant, Joannis contempto baptismate, ejus præcepta non fecerunt. Chryso- stomus super Matth. (hom. 40. in oper. imperf.)* Hoc autem ideo introducit, quia sacerdotes non discendi causa, sed tentandi interrogaverant: *In qua portate hoc facis?* Multi autem ex populis crediderant; & ideo introducit parabolam duorum filiorum, ostendens eis per eam, quia meliores sunt (2) populares, qui à principio sæcularem proflentur vitam quam sacerdotes, qui à principio profitentur Deo servire: quoniam populares quidem aliquando compuncti convertuntur ad Deum; sacerdotes autem impenitibiles constituti, numquam desinunt peccare in Deum. Prior enim

filii populus est: non enim populus est propter sacerdotes, sed sacerdotes propter populum.

(f) *Chryso- stomus* in hom. 69. Post priorem parabolam, aliam ponit, ut ostendat eorum accusationem esse majorem, & venia indignam: unde dicitur: *Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam. Origenes (tract. 19.)* Homo paterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdam parabolis; sicut si pater cum parvulo filio suo loquatur infantilia, ut descendat ad verba filii sui, & instruat eum. *Chryso- stomus* super Matth. (hom. 40. op. imperf.) Homo autem dicitur nomine, non natura; similitudine, non veritate: præcius enim Filius, quia propter appellationem humani nominis, quasi homo purus fuerit blasphemandus, etiam Deum Patrem invisibilem hominem appellavit, qui Angelorum, & hominum natura dominus est, benevolentia pater. *Hieronymus* (super *Homo erat pater.*) Plantavit autem vineam, de qua loquitur: *Esaias cap. 5.* „Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est.“ Sequitur: *Et sepe circumdedit ei, vel murum urbis, vel Angelorum auxilia. Chryso- stomus* super Matth. (hom. 40. in op. imperf.) Vel per sepe intellige custodiam patrum justorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel. *Origenes.* Vel custodia Dei fuit sepe ipse; torcular autem locus libationum, de quo sequitur: *Et fodit in ea torcular. Hieronymus* (super *Qui plantavit.*) Altare scilicet, aut torcularia illa, quorum titulo tres Psalmi prænotantur, 8. 80. 83. scilicet martyres. *Hilarius* (can. 22.) Vel Prophetas quasi quædam torcularia aptavit, in quos musti modo quædam ubertas Spiritus Sancti ferventius influeret. *Chryso- stomus* super Matth. (hom. 40. op. imperf.) Vel torcular est verbum Dei, quod cruciat hominem, contradicente carnis natura.

Sequitur: *Et adificavit turrin. Hieronymus* (ubi supra.) Id est templum, de quo dicitur per Michæam cap. 3. „Et tu turris nebulosa, filia Sion.“ *Hilarius* (can. 22. in Matth.) Vel in turre eminentiam legis extruxit, quæ & in cælum (3) ex solo egressa proveleret, & ex qua speculati Christi posset adventus.

Sequitur: *Et locavit eam agricolis. Chryso- stomus* super Matth. (hom. 40. oper. imperf.) Quando scilicet per legem constituti sunt sacerdotes, & levitæ, & procuratorum regendi populum susceperunt. Sicut autem colonus, quamvis de suo numero obtulerit (4) Domino, non sic eum placat sicut si de vinea ejus redditus ei obtulerit; sic & sacerdos non tantum propter

(1) Al. & etiam. (2) Al. sæculares. (3) Al. ex solo egressu. (4) In Veneta Nicolini editione an. 1593. omittuntur sequentia usque ad sic & sacerdos.

suam justitiam placet Deo, quomodo si populum Dei in sanctitate docuerit: quoniam ipsius justitia una est, populi autem multiplex.

Sequitur: *Et peregre profectus est. Hieronymus.* Non loci mutatione: nec enim Deus alicubi abesse potest, quo complentur omnia: sed abire videtur à vinea, ut vintoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. *Chryso- stomus* in hom. 69. Vel peregre profectus est, cum longanimitatem habuit, non semper eorum peccatis pœnam inducens. *Origenes* (tract. 19. in Matth.) Vel quia Dominus, qui fuerat cum illis in nube dei, & in columna ignis per noctem; nequaquam postea similiter apparuit illis. In *Esaiâ* ergo *Judaicus* populus vinea nominatur, (1) & comminatio patrisfamilias contra vineam sit; in *Evangelio* autem vinea non culpatur, sed ejus coloni: sed forte in *Evangelio* vinea est regnum Dei, id est doctrina, quæ (2) *Scripturis* inserta est sanctis; vita autem irreprehensibilis hominum, est vineæ fructus. *Littera* autem *Scripturæ* est vineæ spes circumposita, ut non videantur ab his qui foris sunt, fructus qui sunt in abscondito. *Profunditas* autem eloquiorum Dei est vineæ torcular, in quod qui profecerunt de eloquiis Dei, insundunt stadia sua quasi fructus. *Turris* autem edificata, est verbum de ipso Deo, & de dispensationibus Christi. *Hanc* vineam tradidit colonis, id est populo ante nos, tam sacerdotibus quam laicis; & peregre profectus est, ad suam protectionem dans occasionem colonis. *Appropinquat* autem tempus fructuum, & secundum unumquemque, & generaliter populo universo. *Primum* enim vite tempus est secundum infantiam; & tunc nihil vinea ostendit, nisi tantum habens in se vitalem virtutem; cum autem inceperit posse loqui, tempus est generationis. *Quantum* autem proficit anima pueri, tantum & vinea, id est verbum Dei; & post profectum, vinea operatur fructum maturum caritatis, & gaudii, & pacis, & hujusmodi. *Sed & paulo* qui acceperunt legem per *Moysem*, tempus fructuum appropinquat aliquando: unde sequitur: *Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Rabbanus.* (3) Unde tempus fructuum posuit, non preventuum: nullus enim est fructus populi contumacis. *Chryso- stomus* in hom. 49. in Matth. *Servos* dicit *Prophetas*, qui offerunt, quasi sacerdotes Domini, populi fructus, & obedientiæ ostensionem per opera. *Hi* autem non solum malitia positi sunt, in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui

venerunt; & sanguine munus impleverunt: unde sequitur: *Agricola autem apprehensis servis ejus, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Hieronymus* (super *Cum autem tempus fructuum.*) *Cæ-* ciderunt quidem, ut *Hieroniam*; occiderunt, ut *Esaiam*; lapidaverunt, ut *Nabor*, & *Zachariam*, quem interfecerunt inter templum & altare. *Chryso- stomus* super Matth. (hom. 40. op. imperf.) *Per* singulos autem gradus malitiæ, *Dei* misericordia addebatur, & per singulos gradus divinæ misericordiæ malitia *Judæorum* cre- cebat; & sic contra *Dei* clementiam malignitas humana certabat: unde sequitur: *Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Hilarius* (can. 22.) *Missi* autem plures prioribus, illud tempus designant quo post singulorum *Prophetarum* prædicationem, *pau-* sitimus simul numerus *prophetantium* emissus est. *Rabbanus.* Vel primi servi qui misit sunt, ipse legifer *Moyse* intelligitur, & *Aaron* primus sacerdos *Dei*; quos casus flagello linguæ vacuos emiserunt: alios autem servos, *Prophetarum* choros intellige. *Hilarius* (ubi supra.) *In* filio autem ad ultimum misso, *Domini* nostri adventus significatur: sequitur enim: *Novissime autem misit ad eos filium suum, Chryso- stomus* in hom. 69. *Quare* autem non confessum misit? *Ut* ex his quæ ad filios tæcerant, seipsos accusarent, & rancorem dimittentes, verecundarentur propter filium advententem: unde sequitur: *Verebuntur filium meum. Chryso- stomus* (hom. 40. in oper. imperf.) *Hunc* autem misit, non quasi ad obnoxios pœnæ sententiam bajulantem, sed penitentiam veniam: misit eum eos confundere, non punire. *Hieronymus* (super *Novissime misit filium suum.*) *Quod* autem dicit, *Verebuntur filium meum*, non de ignorantia venit. *Quid* enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco *Deus* intelligitur? *Sed* semper ambigere *Deus* dicitur, ut libera voluntas homini reservetur. *Chryso- stomus* in hom. 69. *Vel* hoc dicit, annuntians quid fieri debebat, quoniam oportebat eos verecundari: per hoc enim vult ostendere peccatum eorum magnum, & omni excusatione privatum. *Origenes* (tract. 19.) *Vel* illud quod ait, *Verebuntur forte filium meum*, videtur impletum in illis *Judæis* qui intelligentes Christum, crediderunt in eum. *Intellegit* autem quod sequitur: *Agricola autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est heres, venite, occidamus eum: in* illis impletum est qui videntes Christum, & cognoscentes *Filium* *Dei*, nihilominus crucifixerunt eum. *Hieronymus* (ubi supra.) *Interro-* gemus *Arrium*, & *Eunomium*: *Ecce* *Pater* dicitur

(1) Al. & continuatio. (2) Al. *Scriptoris* (item *Scripturis*) inserta est scientiæ. (3) *Apud P. Nicolai est Bene.*

tur ignorare. Quicquid pro Patre responderint, hoc intelligant de Filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. op. imperf.) Dicunt autem quidam, quia post incarnationem dictus est Christus Filius ex baptismo, sicut ceteri sancti; quos ex hoc loco convincit Dominus, ubi dicitur, Mittam filium meum. Quando ergo adhuc cogitabat ad transmittendum filium post Prophetas, jam filius erat; deinde si eo modo dicitur filius, sicut omnes sancti ad quos factum est verbum Dei, debuit & Prophetas dicere filios, sicut & Christum, aut & Christum servum dicere, sicut & ceteros Prophetas. (2) *Hieronymus* (hæc habet *Rabbanus* hoc loco.) Per hoc autem quod dicunt, *Hic est heres*, manifeste Dominus probat, Judæorum principes non per ignorantiam, sed per invidiam Dei Filium crucifixisse. Intellexerunt enim eum esse illum cui Pater per Prophetam dicit *Psalm. 2.*, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem, tuam. Hereditas quippe Filio sancta Ecclesia data est: quam non moriens Pater illi reliquit; sed ipse sua morte mirabiliter acquisivit. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. op. imperf.) Tamen postquam introivit in templum, & vendentes animalia quæ ad sacrificium pertinebant, foras eiecit, tunc præcipue cogitaverunt eum occidere; unde dicunt: *Venite, occidamus eum.* Dicebant enim intra se: Necessè est ut populus per istum dimittat consuetudinem hostiarum, quæ ad nostrum pertinent lucrum, & acquiescat offerre sacrificium iustitiæ, quod ad gloriam pertinet Dei; & sic jam non erit populus iste possessio nostra, sed Dei. Si autem occiderimus eum, dum non est qui iustitiæ fructum à populo quaerat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum; & sic populus iste erit nostra possessio: & hoc est quod sequitur: *Et nostra erit hereditas.* Hæc est cogitatio communis omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti quomodo vivat populus sine peccato; sed aspiciunt quid in Ecclesia offeratur, & hoc assument sacerdotii sui lucrum. *Rabbanus* (super *Hic est heres*.) Vel hereditatem, oculo eo, præripere moliebantur Judæi, cum fidem quæ per eum est, extinguere, & suam magis quæ ex lege est iustitiam proferre, ac Gentibus imbuendis conabantur inferere.

Sequitur: *Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt.* *Hilarus* (can. 22. in *Matth.*) Christus enim extra Hierusalem, tamquam extra vineam in sententiam damnationis abjectus est. *Origenes* (tract. 19. à med.)

Vel quod dicit, *Thycerunt extra vineam*, tale mihi videtur: quantum ad se, alienum eum esse iudicaverunt à vinea, & colonis.

Sequitur: *Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Hieronymus* (super *Cum ergo venerit*.) Interrogat quidem eos Dominus, non quod ignoret quid responsuri sint, sed ut propria responsione damnentur.

Sequitur: *Adjunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.* *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. in oper. imperf.) Quod autem verum responderunt, non est illorum qui iuste iudicaverunt, sed ipsius causæ: veritas enim ipsis violentiam fecit. *Origenes* (tract. 19.) Sicut enim *Caiphas*, sic & isti non ex se prophetaverunt contra se, quoniam tollenda ab eis (1) erant eloquia Dei, & danda Gentibus fructum in tempore daturis. Vel Dominus, quem occiderunt, statim venit resurgens à mortuis; & malos quidem colonos male perdidit, aliis autem colonis, idest Apostolis, vineam suam consignavit, idest eis qui ex Judaico populo crediderunt. *Augustinus* de *Conf. Evang.* (Lib. 2. cap. 70.) Marcus autem hoc ab ipsis non responsum esse commemorat; sed Dominum hoc consequenter locutum, post interrogationem suam, ipsum sibi quodammodo respondisse. Sed facile potest intelligi, vel illorum vocem ita subjectam, ut non interponeretur. Illi responderunt, sed tamen intelligeretur, aut ideo responsum istam Domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondet, qui veritas est. *Chrysoströmus* in hom. 69. in *Matth.* Vel non est contradictionis: etenim utraque facta sunt: quia scilicet & ipsi primo hoc responderunt, & postea Dominus (2) iteravit. *Augustinus* de *Conf. Evang.* Lib. 2. cap. 70. Sed illud magis movet quod Lucas non solum eos hoc respondisse non dicit, verum etiam contrariam retulisse responsum: ita enim narrat cap. 20. Quo auditus, (scilicet hæc sententia ex ore Domini prolata), dixerunt, Absit. Restat ergo ut intelligamus, in plebe quæ audiebat, quosdam respondisse quod *Matthæus* commemorat, quosdam vero illud quod Lucas dicit, idest Absit. Nec moveat quod *Matthæus* principes sacerdotum, & seniores populi dixit accessisse ad Dominum; & sic sine interpositione alicujus personæ sermo contextur usque ad hoc quod de locata agricolis vinea commemorat: potest enim putari, omnia hæc cum principibus sacerdotum locutum fuisse; sed *Matthæus* brevitas causa tacuit quod Lucas non tacuit, parabola

(1) Al. omittitur erant. (2) Al. interrogavit, item intravit.
Ex edit. P. NICOL. (2) Rabbanus.

Jam scilicet istam (1) non ad eos solos dictam qui de potestate interrogaverat, sed ad plebem in qua erant qui dicerent: *Perdet illos, & vineam suam dabit aliis*: quæ vox recte etiam ipsius Domini fuisse intelligitur, sive propter veritatem, sive propter membrorum ejus cum suo capite unitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent, Absit: quia intelligebant contra seiplos parabolam esse dictam. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. in oper. imperf.) Vel aliter. Lucas quidem secundum responsum oris eorum narravit; *Matthæus* autem secundum responsum cordis: nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes, Absit; in conscientia autem susceperunt, dicentes, *Malos male perdet.* Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo, verbis quidem excusat, intus autem ejus conscientia recognoscit. *Chrysoströmus* in hom. 69. Vel aliter. Dominus propter hoc eis parabolam proposuit ut ipsi non intelligentes, contra se sententiam proferrent; sicut & ad David (2) dictum est per Nathan. Rursus autem intelligentes quæ dicta sunt contra se esse, dixerunt, Absit. *Rabbanus.* Moraliter utrumque vinea locatur colenda, cum baptisimus (3) mysterium datur, quod operando exerceat. Mittitur servus unus, alter, & tertius, cum Lex, *Psalmus*, Prophecia legitur, ad quorum monita bene operetur. Sed missus caditur, & ejicitur, cum sermo contemnitur, vel, quod pejus est, blasphematur. Heredem quantum ad se occidit, qui Filium Dei conculcaverit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo cultore, vinea alii datur, cum domum gratiæ, quod superbus spreverit, humilis accipit. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. op. imperf.) Deinde quasi non acquiescentibus illis, testimonium Scripturæ inducit: sequitur enim: *Dicit illis Jesus: Numquam legistis in Scripturis: Lapidem quem reproboverunt edificantes, hic factus est in caput anguli?* idest, si parabolam meam non intelligitis, vel istam Scripturam cognoscatis. *Hieronymus* (super *Dicit illis Jesus*.) Variis autem parabolis res eadem contextuntur: quos enim supra operarios, & agricolas appellavit, nunc edificatores, idest commentarios vocat. *Chrysoströmus* in hom. 69. Lapidem autem Christum vocat, edificatores autem doctores Judæorum, qui Christum reproboverunt, dicentes *Joan. 9.* Hic non est à Deo. *Rabbanus* (super *Lapidem quem reproboverunt*.) Sed istis nolentibus, idem lapis caput anguli firmavit: quia de utroque populo quotquot ipse voluit, sua fide contesti perdidit Christum; sed quantum ipse se perdidit per opera sua, aut propter magnitudinem

anguli. *Hilarus* (can. 22. in *Matth.*) Est enim caput anguli factus: quia est inter legem & Gentes lateris utriusque conjunctio. *Chrysoströmus* in hom. 69. Deinde ut dicant quoniam nihil eorum quæ fiebant, Deo contrarium erat, subdit: *A Domino factum est.* *Origenes* (tract. 19.) Idest, iste lapis donum est, donatum à Deo edificio universo, & admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. in oper. imperf.) Quasi diceret: Quare non intelligitis, in cujus edificio angulo ponendus est ille lapis, non in (4) vestro, quando reprobatum est, sed in alio? Si autem aliud edificium est futurum, ergo (5) vestra edificatio est contemnenda. Unde subdit: *Ideo dico vobis, quia auferatur à vobis regnum Dei, & dabitur Gentibus facientibus fructum ejus.* *Origenes* (tract. 19.) Regnum Dei dicit mysteria regni Dei, idest divinas Scripturas, quas tradidit Dominus, primo quidem populo illi priori, cui credita sunt eloquia Dei; secundo autem Gentibus facientibus fructum: nemini enim datur verbum Dei nisi facienti fructum de eo, & nemini in quo peccatum regnat, datur regnum Dei: quomodo ergo illi datum est à quo & ablatum est? Sed considera quomodo quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergo locavit, non omnino quasi electis, & fidelibus dedit; quibus autem donavit, cum iudicio electionis donavit. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. in oper. imperf.) Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatem, sed etiam quia est inimicorum magna contractio: unde sequitur: *Et qui ceciderit super lapidem istum &c.* *Hieronymus* (super *Qui ceciderit super lapidem*.) Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur, reservatur enim per patientiam ad salutem; super quem vero ille ceciderit, hoc est cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negaverit, sic conteret eum ut nec testa quidem remaneat, in qua hostiarum aquæ pussillum. *Chrysoströmus* super *Matth.* (hom. 40. in oper. imperf.) Aliud est enim confringi, & aliud comminui: de eo enim quod confringitur, aliquid remanet; quod autem comminuitur, quasi in pulverem convertitur. Quod autem cadit ad lapidem, non frangitur secundum quod est lapidis virtus, sed in quantum fortiter cadit, aut propter pondus istum, aut propter altitudinem casus; sic & Christianus peccans, non tantum perit, quantum potest perdere Christus; sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem

S. Th. Op. Tom. VIII.

(1) Al. dicit non. (2) Al. factum. (3) Al. ministerium. (4) Al. nostro. (5) Al. nostra.

peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum quantum potest eos perdere Christus. *Chrysoſtomus* in hom. 69. Vel hic duas perditiones eorum ostendit, unam ab eo quod offenderunt, & scandalizati sunt; quam designat dicens: *Qui ceciderunt super lapidem*: aliam (1) à captivitate eis superventuram; quam manifestat dicens: *Super quem vero ceciderit*. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 1. cap. 30.) Vel de his dicit quod cadent super eum, qui illum modo contempnunt, vel injuriis afficiunt: ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, ut non recti ambulent: super quos cadet, dum venit desuper in judicio cum poena perditionis: ideo dixit: *Conteret eos*, ut sint impii, tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ: *Psalm. 1.*

(g) *Hieronymus* (super *Cum audissent principes*). Quamvis duro corde Judæi propter incredulitatem essent, tamen intelligebant contra se omnes Domini sententias dirigi: unde dicitur: *Et cum audissent principes sacerdotum, & pharisæi parabolam ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret*. *Chrysoſtomus* super *Matth.* (hom. 40. in op. imperf.) Hæc est autem differentia bonorum, hominum & malorum: bonus enim comprehensus in peccato, gemit quia peccavit; malus autem fremit, non quia peccavit, sed quia comprehensus est in peccato; & non solum poenitentiam non agit, sed magis adversus corripientem irascitur: unde & isti comprehensi, magis ad malitiam sunt excitati: sequitur enim: *Et querentes tenere eum, timerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant*. *Origenes* (tract. 19.) Sapiunt quidem aliqui

(1) *Al.* in captivitate.

CAPUT XXII.

(a) **E**T respondens Jesus dixit iterum in parabolis, eis dicens: Simile factum est Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo; & misit servos suos vocare invitatos ad nuptias; & volebant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altitia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam; reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis vocare ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos, & malos; & impletae sunt nuptiæ discumbentium. Intravit autem Rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali; & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

(b) Tunc

(b) Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes: Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, & non est tibi cura de aliquo? Licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocrita? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes, mirati sunt, & relicto eo abierunt.

(c) In illa die accesserunt ad eum sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit, si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscipiat semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus, & tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim neque nubet, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in Cælo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dicitur est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus.

(d) Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset sadducæis, convenerunt in unum, & interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta.

(e) Congregatis autem pharisæis, interrogavit eos Jesus dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cujus filius est? Dicunt ei, David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

(a) **C**hrystostomus in hom. 70. Quia dixerat, *Dabitur genti facienti fructus ejus*, hic ostendit cui genti: unde dicitur: *Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est Regnum Cælorum, &c.* *Glossa* (interlinearis.) Dicit autem, *Respondens*, id est obvians præ cogitationibus eorum de morte sua. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 71.) Parabolam autem istam solus Matthæus narrat: simile quidem etiam Lucas commemorat, sed non est hoc, sicut & ipse ordo indicat. *Gregorius* in hom. 36. al. 38. in Evang. Hic per nuptias, præfens Ecclesia; illic per cenam, æternum, & ultimum convivium designatur: quia & in hanc nonnulli exituri intrant; ad illud quisquis semel intraverit, ulterius non exiit. At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem, intelligi forsitan potest quia de projecto eo, qui cum nuptiali veste non intraverat, quod Lucas tacuit, Matthæus dixit; quod vero per illum cenam, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam obstitit: quia cum ad horam nonam apud antiquos prandium fieret quotidie, ipsum quoque prandium cenam vocabatur. *Origenes*, tract. 20. Regnum autem Cælorum simile est, secundum eum quidem qui regnat, homini Re-

gi; secundum eum autem qui congregat, filio Regis; secundum ea vero quæ sunt in regno Regis, servis, & invitatis ad nuptias: inter quos est & exercitus Regis. Additum est autem, *Homini Regi*, ut hominibus quasi homo loquatur; & dispense homines non cupientes dispensari à Deo. Sed tunc cessabit Regnum Cælorum esse simile homini, cum cessante zelo, & contentione, & cæteris passionibus, & peccatis, cessaverimus secundum hominem ambulare, & videbimus eum sicuti est. Nunc enim videmus eum non sicuti est, sed sicuti per nostram dispensationem factus fuerit nobis. *Gregorius* (in hom. 38. in Evang.) Tunc autem Deus Pater Deo Filio nuptias fecit quando hunc in utero Virginis humanæ naturæ conjunxit. Sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum conjunctio, absit hoc ab intellectibus nostris ut personam Redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse unitam: Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus; sed ex duabus personis credere compositum ut nefas vitamus. Securius ergo dici potest, quia in hoc Rex Pater Regi Filio nuptias fecit quod ei per Incarnationis mysterium Sanctam Ecclesiam sociavit. Uterus autem Genitricis Virginis hujus

spon-